



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1861**

XXVI. Markgraf Ludwig der Römer verpfändet dem Rathe der Stadt  
Müncheberg seine jährliche Hebung aus der Stadt Eberswalde, am 12. Juni  
1354.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55508](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55508)

militibus, Johanne de wedel Camere nostre magistro et Hennyngo Brederlo cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Munchebergh, Anno domini Millefimo Trecentesimo quinquagesimo tercio, in vigilia Assumpcionis beate marie virginis,

Nach dem Original.

XXVI. Markgraf Ludwig der Römer verpfändet dem Rathe der Stadt Müncheberg seine jährliche Hebung aus der Stadt Eberswalde, am 12. Juni 1354.

Nouerint etc. Quod nos Ludovicus romanus etc. viris discretis consulibus ciuitatis nostre Mönchberg, qui nunc vel pro tempore fuerint, nostris fidelibus dilectis, iusto debiti tytulo sumus rationabiliter in Trecentis videlicet et quadraginta Talentis denar. brand., pro quibus quidem debitis ipsis annuam nostram pensionem nostre ciuitatis Eberswald pingnoris nomine duximus presentibus obligandam, ita videlicet, quod dictam nostram pensionem annuam singulis annis tamdiu pacifice tollere et percipere debebunt integraliter et complete, donec de eadem pensione predictorum debitorum summam perceperint integram; tunc dicta etiam nostra pensio ad nos et heredes nostros reddere libere debebit et deuolui, quouis sine obstaculo et impedimento. Datum vrankenfurt, anno LIII<sup>o</sup>, In die Corporis christi.

Nach dem Copialbuche des Markgr. Ludwig des Römers über die Vogteien Frankfurt, Müncheberg, Fürstenwalde und Beeskow, No. 33.

Diese Urkunde ist im Copialbuche durchstrichen.

XXVII. Des Markgrafen Ludwigs des Römers Schuldbeschreibung für die Stadt Müncheberg über 160 Marc Silber, vom 2. Januar 1355.

Nouerint vniuersi tenorem presentium inspecturi, Quod Nos Ludovicus Romanus, dei gratia brandenburgensis et Lufacie marchio, sacri romani jmpery Archicamerarius, Comes palatinus reny et bauarie dux, Discretis viris Consulibus in Muncheberg, qui nunc sunt et qui pro tempore fuerint, fidelibus nostris dilectis, obligamur in sedecim marcis argenti brandenburgensis ea de causa, quod pro nobis Centum et sexaginta marcas argenti brandenburgensis expenderunt volentes eos de dampnis in procuracione predictarum Centum et sexaginta marcarum cum predictis sedecim marcis indempnes conseruare, quas ipsis in pensione annua predictae civitatis nostre Muncheberg post expiracionem annorum, quibus predictis Consulibus dicta nostra pensio prius